



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 200. De manso tradito in villa Arwitti in marca Sturmethi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
854 usque
877 re-
gnante
Hludo-
tuico et

§. 195.

Tradidit uuygsuit et merio pro anima fratris sui ualdonif iurnales XXX. in *thuresloun* (W) testes cutuman thiabold hem et alii VI.

§. 196.

Tradidit pro patre suo madaluuni et fratre suo reduard mansos tres in *scraftun* (X) testes folcmer heriman.

§. 197.

Tradidit adalbodo quidquid in *uffenbus* (Y) habuit testes eyulf adaluard marcuard et alii VIII.

§. 198.

Tradidit hogerus pro omnibus quibus debitor erat mansos duos cum familia una testes gebuini presbyter hroderus bardilo adaluwardus et alii XVI.

§. 199.

Commemoratio traditionis quam tradidit *meresuit* et filia eius *Siburg* id est quidquid habuerunt in *osdaghesbus* (Z) quam traditionem post mortem matris suae ipsa siburg renouauit coram reliquis scorum martyrum stephani atque uiti martyrum testes ysgerus eylbertus ueringerus hroddag hildiuuin et alii XV.

§. 200.

Tradidit *reddag* quando filium suum obtulit ad reliquias scorum martyrum stephani atque uiti mansum unum cum familia in *arwitti* (a) testes

- | | |
|---|---|
| De villa
Thures-
loun. | (W) De villa <i>Tburisloun</i> in pago Hessi Franconico vide supra §. 60. not. (y). |
| De villa
Scaftun. | (X) <i>Scraftun</i> villa in nostro Registro cum additamento pagi non reperitur. Nescimus ergo, quinam vicus intelligi debeat. Interim sunt quedam villa, quae aliquam similitudinem cum nostra habent, nempe Schorten in Darmstadiensi, Schachten in Casseliensi, et Scoyde in Schaumburgico traectu. Sed nihil, ut decer, definimus in re tam obscura. |
| De villa
<i>Uffen-</i>
<i>hus.</i> | (Y) <i>Uffenbus</i> villa erat in pago <i>Logne</i> , teste nostro Registro antiquissimo bonorum et prouentuum abbatiae Corbeiensis. Intelligimus ergo vicum <i>Offensen</i> in praefectura Usler, situm intra principatum Göttingensem, in quo, ut supra §. 33. not. (u) demonstravimus, pagus <i>Logne</i> repriebaratur. De <i>Adalbodone</i> atque <i>Adalwardo</i> , ad stemmam Brunonianum referendis, iam egimus supra §. 104. not. (n) perhibentes, eos fuisse fratres, et simul nepotes potentissimi Brunonis, Angiorum ducis, cuius castrum erat, ut videtur, Brunonisburgum cum territorio adiacenti. Ab hoc castro villa <i>Uffenbus</i> circiter duo millaria absit. |
| De villa
<i>Osdag-</i>
<i>hesbus.</i> | (Z) Vinculum intercedere huic §. cum §. 187, res ipsa loquitur: quidquid enim loco laudato mater tradidit, filia eius hic confirmat. Nomen autem haec villa <i>Osdaghesbus</i> in pago <i>Suilibergi</i> a quodam Osdago, qui eam incoluit, videtur nacta. An idem sit is, qui supra §. 104. not. (k) inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi refertur, dicere non habeo. Nec affirmo, eundem Osdagum huius <i>Meresuit</i> fuisse coniugem. Illud interim pater ex §. 203, Osdagum quandam inter testes fuisse praesto, cum in Dassila villa eiusdem pagi <i>Suilibergi</i> monasterio nostro quedam traderentur. |
| De villa
<i>Arwitti.</i> | (a) Villa <i>Arwitti</i> sita erat in marca <i>Sturmetbi</i> , teste nostro <i>Registro</i> . De marca Sturmethi in ducatu Westfalia dixi supra §. 176. not. (r) et §. 178. not. (w). Videtur noster Reddag idem fuisse, qui §. 176. in eadem marca quedam donavit. |

stef herimannus (b) lutheri (c) bardo (d) haoldus (e) et a-
lii III. gubernante
Corbe-
iam Adal-
gario.

§. 201.

Tradiderunt thiadricus et fibodo et gamer fratres (f) quid-
quid habuerunt in villa upmain (g) pro remedio animae ma-
trif

uit. Hunc supra §. 104 not. (††) pro nepote Widekindi M. venditaui-
mus.

- (b) An hic fuit *Herimannus* idem, quem supra §. 169. inter testes deprehendimus De Heri-
manno.
et not. (v) ad familiam Widekineam retulimus?
- (c) *Lutheri* an fuerit quidam e familia Lothariorum, de quo egimus §. 188, incer- De Lu-
tum. Fortassis Lutharius I, propinquus Folclog neptis Widekindi Magni de-theri.
signatur.
- (d) *Bardo* videtur fuisse, immo fator principum Waldeccensium, vicinus et consan- De Bar-
guineus.
done.
- (e) De *Haoldo*, inter progenitores comitum Lippiensium referendo, vide supra De Haol-
do, §. 104. not. (n).
- (f) De his tribus fratribus, ad stemma Billinganum referendis, vide supra §. 104. De Thia-
drico, Si-
nor. (w) vbi etiam maxima cum veritatis specie afferui, matrem eorum fuisse
filiam ducis Ostfalorum Hessi. bodone
et Game-
ro.
- (g) *Upmain* villa erat in pago *Saltgo*, teste nostro Registro sepiissime excitato. Occa- De pago
sio ergo nobis datur in situum eius pagi inquirendi. Vt autem hoc ipsum bre- Saltgo et
ui expediamus, nonnihil ei diplomatis arcessamus necessum est. Ex diplo- villa Up-
matibus Heinrici III ad annum 1051, et Heinrici IV ad annum 1057 ap- main.
paret, eundem pagum situm fuisse in eadem regione, in qua pagi Nortdurin-
gen, Darlingen et Valen exstitere. Hi omnes in Ostfalia conspicui fuerunt,
vti iam supra demonstrauimus. Pagus ergo *Saltgo* in Ostfalia exstittit. Conter-
minum fuisse eundem pagum pagis Darlingen et Valen, ex eodem diplomate
Heinrici III licet intelligere. Bruno enim comes eiusque filius Luitolfus,
eiusque filius Ebrecht, in ante dictis quatuor pagis comitatuum suum habuerunt.
Inter hos Luidolfus iam anno 1038 mortuus erat, vti iam supra §. 104. not. (n)
demonstrauius. Pagus ergo *Saltgo* anno 1051 non amplius erat in comitatu
Brunonem, licet Ill. Chr. Vlricus Grupenius in *Discept. Forens.* p. 550. ita sensi-
rit, nisi designarit Brunonem, fratrem marchionis Ebertri, aduocatum Corbeiens-
em. Quodsi igitur in episcopatu Hildensi intra prefecturam Liebenburg in-
uenimus vicum *Uppen*, inter Lutteram iuxta Bauenerge, Walmoden seu Nien-
Walme, Liebenburg et Hari; nemo nos erroris arguere poterit, si per villam
Upmain vicum *Uppen* intelligamus. Eundem pagum *Saltgo* contiguum fuisse
pago Falhon septentrionem versus ex villa *Gutstete* appetet, quippe quæ ad pa-
gum Salzgewe referunt in *Tradit. Fuld.* p. 301. num. 20. his verbis: *Ego Ha-
wardt de Saxonia tradid S. Bonifatio bona mea in Salzgewe Lerun et Gutstete et in
Hetilendorf et in Geizheres cum mancipliis et prole eorum numero LXXX.* *Gutstede*
enim erat Gutfed sub inspectione Barum. *Geizheres*, *Gitter*, non procul ab oppi-
do Salzliebenhalle, *Lerun* est villa desolata olim non procul a vico Manerten sita;
Hetilendorf autem esse posset Hallendorf, quæ in membranis antiquis *Hedelen-
dorp*, et adhuc anno 1347 *Hedelendorpe* appellatur, queque iacer in ducatu
Brunswicensi in inspectione Barum. Ecclesia eius est filii ecclesia in Engeln-
sted. Quodsi vero manus intelligere vicum Handorf in prefectura Liebenburg,
per me licet, præunte iam B. I. Lauensteinio. Versus orientem confinis erat
Saltgo pagus pago Derlingi. Id enim comprobamus ex §. 298, vbi in nostris
Traditionibus villa *Gellithi* eidem pago *Saligo* tribuitur, quæ sine dubio vlo
est *Giedle* in Sladem prefectura episcopatus Hildesheimensis trans flumium Ou-
acram; eis flumen Ouacram autem villa Achem in pago Derlingi erat, que pro-
cul dubio est Achem, haud procul ab oppido Horenburg sita, ad ditionem Ba-
ronum de Steinberg spectans, in ducatu Brunswicensi posita sub inspectione
Kissen-